[illegible] sacrum bene et fideliter facta a quodam originali papali cum bulla plumbea [illegible] nec vitiata nec suspecta sui parte abolita cuius tenor talis est: Bonifacius episcopus [illegible] Dilectis filiis [illegible] magistro et fratribus [illegible] Sancti Johannis Jerosolimitani salutem et apostolicam benedictionem. Considerantes attentius discrimina grauia diuersa pericula et atroces iniurias quae pro superni regis obsequiis quibus uos [illegible] dedicastis et tuitione catholice fidei [illegible] animis pertulistis hactenus et perfecte uiriliter non cessatis dire mortis dispendium proinde non uentes dignum fore cognouimus et rationi consonum arbitramur ut ad quietem stabilem status uestri benignius intendentes uos opportunis fauoribus impendio et especialis gratie ubere prosequamur. Certa siquidem coram nobis uestra petitio continebat quod non nulli ecclesiarum prelati uestris libertatibus et immunitatibus inuidentes cum eo de apostolice sedis indulto non licerat in uos excomunicationis et interdicti sententias promulgare capellanos homines mulieres seruientes et benefactores uestros ac alios qui molere in molendinis et panem in furnis uestris coquere dinoscuntur quod uendendo uel emendo aut alias uobis communicant predictas proferre sententias non uerentur sicut non [illegible] seu [illegible] aut potestatem priuilegiorum uestrorum sed pro [illegible] uerba seruantes uos excomunicationi subiciunt dum uobis communicare alios non permittunt in non modicum uestrum preiudicium et grauamen. Super quo apostolice prouisionis adhiberi remedium supplicitter implorastis. Nos itaque pro uestra reuerentia debitum pastoralis tenemur officii quietis uestre commodis prouidere salubriter intendentes ut quanto per apostolice sedis clementiam fueritis maioris auxilii affidentes subnixi tanto liberius et efficatius xpi seruicia prosequi ualeatis auctoritate presentium districtius inhibemus ne quis prelatus in fraudem huiusmodi priuilegiorum uestrorum in clericos et homines ac alios supradictos excomunicationis uel interdicti sententias temerariae promulgare presumat. Nos enim tertium et quartum determinus [illegible] contra huiusmodi inhibitionis uestre tenorem contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam uestre inhibitionis et constitutionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Quisquis autem hoc attentare [illegible] indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Rome apud sanctum petrum. iij. kl. februar. Pontificatus nri. anno tertio.

petri tornery publici [illegible] regia. nor per totum regnum aragon huius transsumpti testis.

[illegible] Ego [illegible] tornery publici auctoritate regia notarius per totum regnum aragonum huiusmodi transsumpti testis.

Signum mei philipi de capella noti publici regentis sedem [illegible] monasterii [illegible] per [illegible] de [illegible] notarium monasterii. Qui hoc transsumptum bene et fideliter manu propria scripsit et cum testibus supra scriptis comprobauit die [illegible] mensis martii anno a natiuitate domini millesimo trecentesimo sexagesimo.

Trasladado de la Bula q̃ Bonifacio concedio
para q̃ ninguno Eclesiastico de Zigena pueda
ser descomulgado ni abs comunado

Traslado de la bula q̃ papa Bonifacio q̃ ninguno de Zigena no pueda ser descomunicado ni abs conuenido

35

Bonifacio ~~VIII~~ de
Zigena

1997-1-31

Sixena.

10/21
1297-1-31

t

Sobre no poder ser Escomulgados

Traslado autorizado de un Privilegio que la Santidad del Papa Alexandro 2.º concedió a esta R.l Casa, por el que consta, que las Señoras de esta dha R.l Casa, ni sus domesticos, no pueden ser descomulgados: el qual traslado está sacado con autoridad del Lugar teniente de Justicia de Monzon, y con la misma del principal, inserido a un mismo tiempo en el el citado Privilegio original del dho Papa Alexandro, firmado dho tras.do del citado Justicia mayor, q.n puso en el su auctori.d y decreto judicial, autorizado de tres Notarios, y especialmente de Ramon de Molina Not.o de dha villa de Monzon el año de 1360. / Acompañ.a otro tras.do de la Bulla del Papa Bonifacio p.a que ningun Ecc.o ni Comensalero de esta R.l Casa pueda ser descomulg.do=

Los dos privilegios cuyos traslados en pergamino contiene este
num.º 2.º no fueron concedidos al Mon.º de Sigena como da
a entender el miserable Adam de Calahorra, sino a las Or-
denes militares del Templo i del Hospital de Jerusalen.

El Mon.º goza de su beneficio por gracia pontificia
posterior extendiendo a èl todas las concedidas a la Or-
den del Hospital.

F. de Navarrete